

148.

Lucani Pharsalia.

Addita sunt fol. 42 a librario 15. saeculi Vaticinia Sibyllarum de Christo.

Cod. membr. 42 foliorum in fol. saec. 12. duabus columnis scriptus, inscriptionibus et litteris initialibus rubro colore exaratis. Eum non esse vetustiorem, quam dictus est, praeter alia argumenta certo demonstrat saepius occurrens compendium 9 pro con. A duobus multo recentioribus librariis adscripta sunt scholia quaedam cum interlinearia tum marginalia, nullius tamen pretii. Pagina ultima Lucani (fol. 41') temporis injuria fere tota evanuit. Goetze a. 1740 hunc codicem comparavit.

Elect. 55. Regia D 67. Goetze II p. 449. Falkenstein p. 257.

*Scholien zu Lucan aus einer Dresdener Handschrift, in: Philologus 1902,
S. 317-320.*

149. **sb.****Lucani Pharsalia.**

Cod. membr. 126 foliorum in fol. min. saec. 13. exeunte scriptus, litteris initialibus pictis. Fuit olim G. Fabricii, usumque eo se testatur Gr. Bersmannus in editione sua Lucani.

Elect. 56. Regia D 89. Goetze II p. 441. Falkenstein p. 257 seq.

150.

Lucani Pharsalia.

Cod. chart. (foliis primo et duodecimo in membrana scriptis) 192 foliorum in 8. maj. ab Ottone Spigel anno MCCCC^oLxvi in diebus Saturnalibus Banoniae exaratus. Emtus est ex auct. Ch. G. Crusii (Dresd. 1784. nr. 2845) pretio 20 gross.

Regia D 179. Falkenstein p. 258.

151.

Senecae tragœdiae.

Cod. membr. 165 (non 161) foliorum in fol. min., cujus aetatem indicant haec verba fol. 165 subscripta: Expliciunt tragedie Senece Cordubensis philosophi moralis die Martis quarto mensis Aprilis M^oiiij^c secundo. Excipliunt hunc colophonem XII versus inscripti:

Carmina XII laborum Herculis.

Incipiunt: Oppressit nemee primo uirtute leonem.

Decimum tertium laborem qui velit suscipere, ei hic ipse codex largam præbebit occasionem oculorum ingenique aciem exercendi; est enim usque ad fol. 129 rescriptus. Eberto membranae erasae collectionem diplomatum et instrumentorum (Copialbuch) continuisse nec saeculum 12. superasse videntur, cum fol. 54 occurrat compendium 9 pro con in voc. quicceret'. Folia, in quibus scripturam erasam facilius possis dignoscere, sunt fere haec: 11—14, 26, 30, 31, 38, 39, 54, 69. Goetze codicem emit Veronae a. 1747. Erfurdt et hunc et cum, qui sequitur, librum manu scriptum a. 1807 contulit.

Elect. 536. Regia D 117. Goetze III p. 324.¹ Falkenstein p. 258.